



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

29. S. Narcissus Episcopus & Martyr

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

XXIX. Octobris. S. Narcissi. 597

tur Officium de Spiritu Sancto. Quis
oret & non ardeat?

Festum S. Narcissi Episcopi, &
Martyris, Augustæ Vindelicorum
Apostoli.

EXHORTATIUNCULA I.

S. Narcissus suâ modestiâ, & vitæ san-
ctorum exemplô traxit Hilariam,
Afram, & totam familiam ad Christi Je-
sus fideim, & gratiam. O quot adhuc fie-
rent ejusmodi conversiones inopinæ, si
non deessent pii, & sancti homines!
Chare! libertate, aut eruditione nostrâ
malè credimus, converti populos; non
scientiæ, aut libertatis vanæ hoc opus
est, sed dexteræ Dei. Nos in virtute fa-
ciamus, quod possumus: Deus supple-
bit cætera. Trahit populum, qui vivit
ad Dei & cœli obsequium.

Instructio meritoria.

Ut Deus toti Vindelicorum Augustæ
meritis S. Narcissi provideat de viris verè
Apostolicis, doctrinâque, ac pietate
conspicuîs, offeramus hodiernum Cur-
sum cum S. Rosario. Quod fit populo,
fit

598 XXIX. Octobris. S. Narcissi.

fit & Sancto. Fratres! Oremus pro in-
vicem, ut omnes salvemur.

II.

TRÖS sustinuit hostes sibi infensissi-
mos S. Narcissus, quorum calum-
nias fortiter tulit. Dicant, & spargant
de nobis homines, quidquid velint. Fi-
li! non terreamur, modò conscientia
nos non accuset. Erit justus causa no-
stræ Judex Deus. Cur aliis plus credi-
mus, quàm nobis? Chare! in nobis ha-
bemus, seu boni simus, seu mali. Quid
ergo ad nos hominum opinio? rectè vi-
vamus! & judicabimur rectè.

Instructio meritoria.

Attendamus, ne vel umbrâ accumi-
nosi verbi utamur. Lingua mordax in-
festa est omnibus. Pro pace, concor-
dia & fraterna charitate visitemus alta-
ria in templo, & pro istarum virtutum
conservatione recitemus officium de
Amantissimo Corde Jesu. Inde sumitur
aurum, quô nobis emitur cœlum.

III.

CAlumniatores quos Vir Dei S. Nar-
cissus sustinuit in officio Boni Pa-
storis,



storis, ferauit irata Dei vindicis dextera. Unum inverecundō morbō sustulit ē vi- vis. Alterum percussit cæcitate. Ter- tium gravi conscientiæ exstimalavit sti- mulō. Ecce! quām citò cœlum ulci- scatur, quod in proximi charitatem, & honorem committitur. Quis ô Bone! Calumnias non pertimescat? Has Chri- stiamore pati, summa felicitas! Inferre, vel loqui infelix damnatio! Chare! ca- lumniæ nobis sint suavissimæ, quibūs amici constituimur Dei. At quām me- tuendæ! quām & crudeles hominum, vel sacerduli blanditiæ! *O seculum nequam* (clamat S. Bernardus) *quod tuos sic bea- re soles amicos, ut Dei facias inimicos.*

Instructio meritoria.

Satisfacturi tot offendis, injuriis, & ca- lumniis, quibūs nostrum unquam con- tristavimus proximum *Psalmos Pœnitentiales cum Lytaniis de omnibus Sanctis* devotè recitemus, & pro illius singulari profectu, tam in naturalibus, quām su- pernaturalibus intensiùs clamemus ad Superos. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Possumus, si volu- mus.

600 XXX. Octobr. Commem. SS. Mart. &c.
mus. Ad preces ergo, & pietatis suffra-
gia!

Commemoratio . Sanctorum
Martyrum , & aliorum Sanctorum, quo-
rum Sacrae Reliquiae asservantur in
Deo dicatis Ecclesiis.

EXHORTATIUNCULA I.

Quid nobis sacris loquuntur ex sar-
culis Sanctorum gloriose Reli-
quia? Aliud certè non, quām illaPau-
li Verba : *Exhibeamus corpora no-
stra hostiam viventem, sanctam, &
Deo placentem. Oportet enim corrup-
tibile hoc induere incorruptionem, &
mortale hoc immortalitatem.* 1. Cor. 15.
Lassetur corpus, modò vigeat spiritus.
Parùm sapit, cui nihil sapit, nisi in pala-
to, & sensualitate!

Instructio meritoria.

Sed quomodo *hostiam viventem?*
Si mortificationem Jesu in corpore no-
stro circumferamus. Mortificationem
specialiter in visu, in gustu, & auditu.
Hi sensus ò quām vivaces non sunt! Re-
primamus per aliquot actus vel in medi-
atio-

